



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1720

Titulus XVII. Qui Filii sint Legitimi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73973](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73973)

contrarium censent extra casum urgentis necessitatis, quæ tamen vix occurrere potest; Sanch. n. 6. Ca-

strop. n. 5. eò quòd id generale sit, non posse inferiorem in lege superioris dispensare.

TITULUS XVII.

Qui filii sint legitimi.

Quæst. 260. Qui veniant nomine filiorum & quotuplicis generis sint.

Resp. ad primum: Nomen filii, quamvis in singulari numero prolatum ex sua institutione & usu communi prolem solum masculam denotet, & ad feminam seu filiam vi interpretationis extendatur; arg. l. Herennius, & l. iusta, ff. de V. S. Expressum tamen in plurali numero communi usu utriusque sexus liberos comprehendit, arg. hujus rub. & l. quisquis, ff. de V. S. Barbof. h. t. n. 11.

2. Resp. ad secundum: Filii seu utriusque sexus liberi alii sunt legitimi; iique vel legitimi tantum; qui cum per naturam non sint filii, beneficio tamen adoptionis vel arrogationis à legibus approbatæ in numero liberorum censentur. §. 1. Instit. & l. 1. ff. de adopt. Vel legitimi & naturales simul, seu legitime nati, nimirum ex matrimonio verè aut putativè iusto, hoc est, contracto publicè in facie Ecclesiæ nullo contradicente, & bona fide, seu ambobus parentibus (aut saltem uno eorum, ut cum Gl. in c. cum inhibitio. de cland. despons. v. ambo parentes. Abb. in c. ex tenore. h. t. n. 3. Barb. ibid. n. 14.) nullius impedimenti dirimentis ante consummationem matrimonii seu tempore conceptionis sibi conscii (etsi dein iusta illa ignorantia, apparente nimirum impedimento, cessaverit ante nativitatem) procreati. Tholos. l. 10. Syntag. c. 3. n. 6. Mol. tr. 2. de 7. & 7. d. 165. n. 1.

3. Extenduntur hæc, ita ut adhuc legitimi sint primò procreati ex parentibus laborantibus ignorantia impedimenti, dum etiam ea est juris; licet enim ea iuxta l. 9. ff. de juris & facti ignor. non excuset ignorantem, non tamen nocet tertio; ac proinde licet, si eà laborantes consumment matrimonium puniri possint; non tamen impedire potest, quò minus proles bona fide cum tali ignorantia concepta sit & censeatur legitima. Passerin. de elect. c. 25. n. 115. quamvis etiam ex specialis juris dispositione, arg. nimirum. c. cum inhibitio. de cland. despons. facta in favorem prolium, dicta ignorantia eorum legitimitati non obstet, Reiff. h. t. n. 7.

4. Secundo nati ex parentibus, qui exorto & stante horum dubio de valore matrimonii bona fide contraxerunt, Peyer. in prelat. q. 2. c. 5. num. 110. Barb. in c. cum inter. h. t. n. 18. cum stante hoc dubio utpote speculativo conjuges commiseri possint, ut Sanch. de mat. l. 2. d. 4. num. 4. & 8. Secus est, si cum tali dubio contraxerunt, non adhibita diligentia in deprehendenda veritate; quia adesset ignorantia affectata, quæ æquivaleret scientiæ, arg. l. ne supina. ff. de jur. & facti ignor. & c. eos de temp. ordin. in 6. quæque legitimitati proliis non favet, c. fin. de cland. desp.

5. Tertio nati ex utroque etiam parente constituto in mala fide circa impedimentum aliquod non dirimens. Suar. de censur. d. 50. f. 1. n. 8. Peyer. l. c. n. 107. Sanch. l. 6. d. 38. n. 1. Qualiter tamen nati ex parentibus, qui contraxerunt mala fide sine præmissis denunciationibus non habeantur pro legitimis, non juvante illos ignorantia (quippe quæ censetur affectata) latentis impedimenti dirimentis,

nempe consanguinitatis & affinitatis, juxta cit. c. cum inhibitio. vide apud Reiffent. h. t. n. 3. & apud me in foro benef. part. 1. 258.

6. Quarto nati stante legitimo matrimonio ex uxore, quam constat esse adulteram; idque, etiam si referant facie adulterum; nisi ex mariti absentia, infirmitate aliove impedimento aut impotentia temporali, eum tempore conceptionis copulam cum uxore non habuisse probetur. Menoch. de arb. cas. 89. Gutt. qq. can. l. 7. c. 3. n. 3. Barb. in c. per tuas. de probat. n. 3. arg. l. miles, §. defuncto. ff. ad leg. jul. de adult. & l. filium, ff. de us, qui sui. vel alien. c. causam. h. t. Quin etsi uxor fateatur, partum suum esse adulterinum, Barb. l. c. Abb. ibid. n. 4. Gail. observ. pract. l. 7. obs. 97. n. 8. & hæc, quia præsumptio est pro prole, & nemo uni soli credere in sui præjudicium tenetur. Unde Legitæ filium reputant fatuum, qui credit matri, se esse ex adulterio natum; nisi tamen fortè, ut Fagn. in c. officii. de penit. & remiss. à num. 20. filius ita evidenter à matre informetur, ut prudenter de eo dubitare nequeat.

7. Quinto nati ex matrimonio, quod non erat Sacramentum, nempe infidelium seu non baptizatorum; modò tamen ex usu gentis fuerit verum matrimonium, sicut revera est, etiam si ab iis contractum cum impedimento aliàs solo jure ecclesiastico (utpote cui subiecti non erant) dirimente, manetque indissolubile, postquam ad fidem conversi. Abb. Jo-And. in c. fin. h. t. Barb. ibid. n. 2. Pirh. h. t. num. 17.

8. Sextò procreati ex legitima uxore post susceptum à viro Sacrum Ordinem. Suar. l. c. n. 4. Peyer. l. c. n. 112. Majol. de irregul. l. 1. c. 4. n. 9. quin & post sacrum ordinem uxore invitâ, matrimonio non consummato. Abb. in c. 2. de convers. conjugat. Sayrus de censur. l. 6. c. 10. num. 40. Passerin. l. c. n. 113. quia in neutro horum casuum ordo sacer solvit matrimonium etiam ratum tantum, Barb. in Extravag. antiqua. n. 10. cum communi. Secus est de natis ex alterutro conjugum post matrimonium ratum tantum professo; cum per professionem solvatur matrimonium, juxta Trident. sess. 24. c. 6. de matr. Majol. l. c. n. 4. Sayr. l. c. An verò idem dicendum de natis ex legitima uxore, postquam vir & uxor consummato matrimonio professi sunt in religione, non convenit inter AA. dum Host. in sum. de filiis presby. n. 5. Sylv. v. illegitimus, & alii volunt esse simpliciter illegitimos; alii illegitimos, addendo vel subintelligendo naturales, seu illegitimos canonicè, seu Jure canonico; alii esse simpliciter legitimos; quia non arcentur à succedendo in bonis patentum, nec ullibi dicuntur inhabiles ad honores; alii, ut Abb. in c. ad literas. de fil. presbyt. Sanch. l. c. d. 38. n. 7. Passerin. l. c. n. 186. illegitimos ad instar seu secundum quid, eo quòd irregulares sint & promoveri nequeant ad ordines & beneficia, æquè ac simpliciter irregulares. Vide me in Foro benef. part. 1. q. 259.

9. Septimò pro legitimis habendi expositi, quorum parentes ignorantur secundum sententiam valde probabilem & communiorem, quam sectantur Menoch. de arb. cas. 369. per tot. Pont. de mat.

l. 1. c. 9. n. 4. Salas. l. 2. tr. 8. §. unic. §. 14. n. 246. Grat. discept. forens. c. 35. à n. 31. apud Castrop. tr. 13. d. 4. p. 1. §. 1. num. 8. item Mascard. de prob. concl. 799. Gonz. h. t. n. 8. & alii, hac nixi ratione, quòd plures eorum nati ex legitimo matrimonio exponantur à parentibus ob inopiam, quia eos alere non possunt; qui, ne patiantur detrimentum habendo illos pro illegitimis, adeoque removendo à dignitatibus, ordinibus, beneficiis &c. omnes expositos judicandos esse legitimos, præsertim cum in dubio faciendi interpretatio & præsumptio in favorem prolis, juxta c. ex tenore, h. t. Unde bene ait Castrop. hoc ipsum, quòd quandoque etiam legitimi exponantur, ne illis præjudicetur, sufficere, ut omnibus expositis à jure concedatur legitimitas. Sed neque quòd ad præsumptionem reputandos illegitimos; eò quòd licet frequentius contingat, expositos hos natos ex solutis, & non ex legitimis conjugibus; quia tamen hæc præsumptio sumpta ex frequentius contingentibus expositis infamiam irrogat, & in parentibus culpam supponit, cedit præsumptioni alteri, quòd sint ex legitimo matrimonio, esto, id rariùs contingat; quia dum duar præsumptiones concurrunt in eodem actu, semper prævalere debet ea, quæ delictum excludit favoremque continet. Menoch. cas. 89. n. 23. Castrop. l. c. Atque ita dissolvitur fundamentum, nimirum quòd præsumptio semper desumenda ex his, quæ frequentius contingunt, quò nituntur adversarii sentientes expositos censendos simpliciter illegitimos. Covar. clem. furiosus. in pr. t. p. num. 9. Valq. l. 2. d. 66. c. 8. n. 48. Rebell. de oblig. just. 2. p. l. 1. q. 2. n. 15. Prateius in prax. episc. 2. p. c. 1. n. 27. Garc. l. c. n. 8. & 10. & alii apud illos, etiam testentur suam sententiam esse in praxi receptam.

10. Octavo accensendi adhuc legitimis, qui præveniendò ordinariù nascendi tempus, quòd est novem mensium à conceptione, nati sunt ad initium septimi mensis post initum matrimonium, ut constat ex l. septimo. de stat. hom. & l. intestato. §. 12. ff. de suis & legit. hered. Item qui nati sunt decimo mense post mortem mariti; arg. cit. l. intestato. & l. Gallus. ff. de lib. & posthum. etiam decimo mense completo, & ad initium mensis undecimi secundo vel tertio die; ut plures Jurisconsulti & Medici apud Zachariam 99. medico. legal. l. 1. tit. 2. q. 6. à n. 3. quin & circa medium mensis undecimi; ut Haunold. de j. & j. tr. 4. n. 139. Engels h. t. num. 7. Præsertim si uxor de incontinentia non suspecta, maritusque bene sanus, ad copulam nulla ratione impotens repente mortuus. Neque his obstant citatæ ll. & novel. 39. 2. dum natum mense decimo completo illegitimum pronunciant; quia non ita strictè excludunt mensis undecimi dictum initium, sed intelligendæ de eo aliquòd usque progressu. Reiffenst. h. t. n. 22. Wiestn. n. 28. & quidem, ut idem ex Haunold. adultiore. Imò, cum mulieres quædam ob specialem naturæ dispositionem tardiùs pariant, contingere posse, ut post mensem duodecimum partus legitimus nascatur, & pro tali habendus, accedente bonâ famâ mulieris & medicorum judicio; asserit Reiffenst. h. t. n. 23. remittens ad Godefred. in notis ad cit. novel. 39. c. 2. lit. c. adducementem plura, quæ pro praxi ad propositum servire possunt.

11. Alii utriusque sexûs liberi illegitimi sunt, nimirum in genere omnes, qui extra matrimonium ex copula fornicaria nati. Horum alii sunt naturales, nimirum nati ex solutis tempore conceptionis vel nativitatibus, vel inter hanc & illam medio tempore habilibus & contrahendum validè inter se matrimo-

R. P. Leur. Jur. Can. Lib. IV.

nium. Et quidem Jure canonico nullo factò discrimine inter dictos eorum parentes; ut Gl. in c. innov. de elect. v. conjugata. Abb. ibid. n. 17. Mol. de f. & j. tr. d. 165. n. 4. & 6. Wiestn. h. t. n. 4. dum juxta Jus civile l. 1. ff. de concubin. novel. 89. naturales dicuntur ii solum, qui ex soluto & concubina unica loco uxoris domi detenta nati. Porrò illegitimorum naturalium aliqui dicuntur Manzeres, nimirum qui ex scorto nati sunt, & vulgo quasitù dicuntur, cum quibus difficiliùs dispensatur, quàm cum aliis naturalibus. De quo fide me in foro benef. part. 3. q. 405. Illegitimorum alii sunt spurii, nati nimirum à parentibus, qui dicto toto tempore inhabiles erant ob impedimentum dirimens ad contrahendum valide matrimonium; idque etiam Jure civili, etsi nati ex alia quàm concubina, Mol. l. c. n. 7. Covar. de sponsal. p. 2. c. 8. §. 5. n. 1. Wiestn. h. t. n. 4. in fine. Spuriorum alii sunt & dicuntur adulterini, qui ex utroque vel uno conjugato legitime cum alia procreati, c. nemo. 32. q. 4. Alii sacrilegi, qui à religioso vel religiosa, aut clerico in sacris constituto suscepti, Barb. Gonz. in c. quia. de bigam. n. 3. contra Felin. in c. at scelerici. de judic. n. 14. Decium ibid. n. 37. aliosque, quatenus arg. c. presbyter. d. 81. & c. quia. circa fin. sentiunt, tales, si matrem haberent solutam, accensendos natis ex simplice fornicatione. Tales adhuc spurios sacrilegos esse natos ex ligatis matrimonio, postquam eorum unus de consensu alterius emisit professionem, utpote natos ex concubitu sacrilego, aliàs dirimente matrimonium necdum contractum, docent Azor. p. 2. l. 2. c. 6. q. 8. circa finem. Suar. Tom. 5. de irreg. d. 50. §. 2. n. 5. Sanch. de mar. l. 9. d. 38. num. 7. Castrop. tr. 13. d. 4. p. 1. §. 1. n. 4. Et quales è contra non esse, & ne quidem spurios eos, qui nati ex legitimis conjugibus, obstrictis tamen eorum uno vel utroque voto simplici castitatis juxta probabiliorem contra Sarmient. l. 1. selectar. interpret. tradit Castrop. l. c. n. 3. cum Mol. l. c. d. 167. post 4. concl. Gutt. de mar. c. 1. n. 22. & 29. eò quòd licet nati ex concubitu sacrilego, utpote contra votum à parentibus emissum; non obstante tamen tali voto, habilibus ad contrahendum matrimonium, quòd sufficit, ut censeantur non spurii, juxta c. antea. h. t. cum votum tale simplex non dirimat matrimonium contractum, nec validè contrahendum impediatur. Quin imò ne quidem illegitimos esse contra Gl. in c. ministri. d. 81. & Abb. in c. carissimus. de convers. conjug. tuetur Castrop. n. 5. inclinante in idem Azor. l. c. si nati ex parentibus obstrictis tali voto de consensu utriusque, dum, ut dictum, tale votum non impediatur validè contrahi matrimonium, etsi impediatur contrahi illud licitè, quæ eadem ratio, cum videatur valere etiam, dum conjuges sine consensu alterius tale votum emisissent, non capio, cur Castrop. n. 2. præscindendo à tali consensu dicat esse illegitimos. De cætero neque spurium, sed purè illegitimum esse eum, qui natus est ante matrimonium ex matre, quæ jam desponsata sub verbis de futuro ob eandem rationem, quia adhuc validè contrahere poterat cum alio, bene dicit Castrop. n. 3. cum Covar. p. 2. de sponsal. c. 1. n. 17. Sanch. de mar. d. 9. n. 8. Mol. l. c. n. 177. Gutt. l. c. Pont. &c. Alii spurii sunt incestuosi, qui ex parentibus cognatione, affinitate, & vel maxime consanguinitate in gradu prohibito sibi conjunctis procreati. Farin. pr. crim. q. 146. à n. 40. Gonz. in c. 1. h. t. n. 7. juxta §. inter eos. Inst. de nupt. Alii nefarii, qui orti ex patris & filia, aliorumque in linea recta ascendentium & descendentium, Tholos. l. c. 3. n. 30. Farin. num. 60. Gonz. l. c. apud Wiestn. h. t. n. 5. juxta §. ergo. Inst. de nupt. & Auth. ex complexu. c. de incest. & inutil. nupt.

R 2

Quest.

Quaest. 261. Ad qua munia ecclesiastica promoveri possint illegitimi seculares.

REsp. Ad nulla, neque ad ordines etiam minores, et si illegitimitas sit occulta. Vide me in foro benef. p. 1. q. 262.

Quaest. 262. Ad qua promoveri nequeant illegitimi regulares.

REsp. Ad hoc satis exactè responsum à me l. c. q. 263. uti & q. 264. ad quaest. illam; ad qua sine dispensatione promoveri possint illegitimi regulares; item q. 272. & q. 293. qualiter à muniis ecclesiasticis specialiter arceantur illegitimi filii sacerdotum aliorumque clericorum; & q. 281. & seq. qualiter ministrare & habere beneficium in ecclesia, in qua pater eorum habet, aut habuit beneficium & q. 280. qualiter vice versa ecclesia, in qua filius illegitimus est beneficiatus, pater illius habere possit beneficium.

Quaest. 263. Quid sit legitimatio, qualiter seu quotupliciter fiat, & in quo differat à dispensatione.

1. **R**Esp. ad primum; Definitur ex communi sententia à Covar. l. c. c. 8. §. 8. num. 1. Mol. l. c. d. 171. in pr. Castrop. l. c. §. 2. n. 1. quòd sit restitutio natalium quò ad ea, qua jure positivo illegitimis denegata; cum enim tam Jure civili quàm ecclesiastico, negentur illegitimis concessa legitimis, si eis restituantur, seu jus & potestas, ea obtinendi concedatur, censentur legitimi.

2. Resp. ad secundum: Ea illis restitui possunt dupliciter, nimirum vel vi subsequenter matrimonii legitimi inter eorum parentes; vel rescripto seu indulgentià Principis. Unde duplex est legitimatio; alia nimirum de jure, alià à Principe; de utraque qq. sequent.

3. Resp. ad tertium: Distinguitur legitimatio à dispensatione, quòd illegitimum habilitet universaliter ad omnia jura, à quibus utroque jure repellitur; dispensatio verò solum ad quaedam. Azor. l. c. c. 14. q. 1. Tusch. &c. quòdque legitimatio sit late interpretanda, dispensatio strictè. Passerin. de elect. c. 25. num. 306.

Quaest. 264. An & qualiter illegitimi legitimentur per subsequens matrimonium.

1. **R**Esp. primò: Legitimari illegitimos vi subsequenter matrimonii inter eorum parentes, non tantum de Jure canonico, sed etiam civili, certum est apud omnes. Et quidem ita, ut fictione juris retracto hoc matrimonio, ad tempus, quò illegitimi geniti, ut ait Castrop. l. c. §. 2. n. 2. hi post contractum matrimonium habeantur legitimi, ac si stante matrimonio geniti, ut expressè deciditur, c. tanta. h. t. matrimonio habente hanc vim, non à se seu natura sua, sed à jure positivo sic disponente in favorem prolis, Castrop. l. c. cum Covar. l. c. §. 8. n. 18. quocumque tempore, etiam in suprema senectute, quin & in articulo mortis illud contrahatur; cum et si eo tempore generare nequeant, retineant tamen, quantum est per se potentiam habendi copulam, quòd sufficit ad verum matrimonium contrahendum. Ac ita tradunt Covar. l. c. §. 2. n. 10. Azor. l. c. c. 14. n. 11. Mol. de primog. l. 2. c. 5. n. 25. Mol. de f. & f. l. c. d. 171. vers. dubium præ-

terea. Pont. l. 11. c. 1. §. 1. n. 8. quos citat & sequitur Castrop. l. c. n. 4. Item hanc vim habet matrimonium, etiam si inter copulam fornicariam, ex qua susceptus filius illegitimus, & matrimonium cum matre ejus intercellerint alia matrimonia, cum aliis Covar. Castrop. l. c. Barb. in c. literas. de fil. presbyt. num. 5. Garc. loc. mox citand. n. 28. Suar. l. c. §. 5. n. 10. Azor. l. c. c. 3. q. 21. Sayr. l. c. c. 10. n. 40. Vim quoque habet legitimandi nepotem, filio naturali illegitimo mortuo; eò quòd vim habeat legitimandi omnes descendentes ante matrimonium genitos; juxta c. tanta. h. t. & legitimatio nepotum non dependet à legitimazione filiorum, sed his deficientibus, derivatur ad nepotes, cum non favore filiorum, sed matrimonii fiat; atque ita legitimatio filii non est fundamentum legitimacionis nepotis, sed hæc ex ipso matrimonio avi cum concubina sua immediatè ad ejus filium, si is adhuc vivat, & hoc mortuo, ad nepotem derivatur; ita docent Covar. l. c. §. 2. n. 19. Azor. cit. c. 13. q. 13. Mol. de primog. l. 3. c. 1. n. 9. Mol. de f. & f. l. c. d. 172. n. 10. Castrop. l. c. n. 12. & seq.

2. Porro quò minus hanc vim legitimandi habeat matrimonium, non impedit, quòd in eo non interveniant instrumenta dotalia, hoc est, scriptura dotis, aut donationes propter nuptias aliavè solemnitates nuptiales; cum ab his non dependeat valor matrimonii. Idque etiam spectato Jure Cæsareo, à quo si specialiter postulerentur dicta instrumenta, id non fit, quia sine illis stare nequeat tale matrimonium, sed quia rarò sine illis constare poterat, illud contractum esse, quin potius simulatio continuati concubinatus dissimulatur; ita Castrop. l. c. n. 8. Sed neque vim illam impedit contradictio parentum; cum sicut eorum consensus non requiritur ad valorem matrimonii, ita nec ad legitimacionem per illud faciendam etiam juxta Jus civile, utpote in quo nullibi super hac requisitione cautum est. Si quidem dum in Aurb. quib. mod. natural. fiant sui. §. si verò is. dicitur fieri non posse legitimum, si parentes contradicant; id intelligendum de legitimacione, qua fit per rescriptum Principis, & non de ea, qua fit per sequens matrimonium, & ita Azor. p. 2. l. 2. c. 13. q. 12. Covar. cit. c. 8. §. 2. num. 12. Mol. Tom. 1. de just. tr. 2. d. 172. num. 5. Sayr. l. c. c. 10. Castrop. num. 9. Neque eam impedit contradictio ipsorum filiorum; cum hic favor annexus sit matrimonio, cui nemo renunciare potest. Idque indubitatum Jure canonico. Molin. Azor. LL. cit. Covar. n. 16. Castrop. n. 10. Juri verò civili, quo hæc contradictio filiorum impedit hanc legitimacionem, ut constat ex cit. aurb. §. generaliter. in materia legitimacionis per matrimonium prævalere debet Jus canonicum. Neque denique hæc legitimatio revocari potest ingratitudine filiorum, sicut ob eam revocatur legitimatio facta rescripto Principis, utpote qua libertati comparatur. Covar. n. 14. Azor. q. 14. in fine. Castrop. n. 11.

3. Resp. secundò: Legitimatio vi sequenter matrimonii fit in ordine ad omnia, qua filiis legitime natis de jure competunt. Et sic in specie hoc modo legitimati habiles sunt ad omnes ordines & beneficia, etiam Episcopatum; Azor. l. c. q. 14. Covar. l. c. n. 25. Mol. d. 172. n. 6. Pont. l. c. c. 11. num. 5. Castrop. l. c. n. 15. non tamen ad Cardinalatum; ex speciali Sixti V. dispositione, qua incipit: postquam verus. Reiffent. h. t. num. 44. vide me in foro benef. p. 1. q. 262. Ita etiam, ut illegitimus, qui ante illud matrimonium ordines suscepit, eo contracto illos exercere liberè ac licitè valeat, utpote sub-

sublata irregularitate; quæ ex illegimitate pendebat. Pont. & Castrop. &c. cum Sayr. de irreg. l. 6. c. 10. n. 3. Item ad succedendum patri in emphiteusi ecclesiastica, feudo, hereditate, majoratu, fideicommissio & similibus, in nobilitate ipsisque Principatibus & regnis; quia non tantum per fictionem juris pro legitimis habentur, sed revera sunt, et si in c. tanta. adhibeatur rō habeantur. cum verbum hoc adhibitum à potente legitimare indicet, non fictionem, sed veritatem, ut Covar. n. 26. Castrop. Azor. ll. cit. Et ita quidem, ut successione præferantur tanquam majores natu filiis aliis ex matrimonio illo aut alio posteriore legitime natis, secundum Covar. Pont. & alios, quorum sententiam et si probabilem dicat Castrop. n. 17. contrarium tamen (pro quo citat Tiraq. de primog. q. 34. n. 5. & 43. Molin. de primog. l. 3. c. 1. n. 7. Mol. de just. d. 172. vers. merito. Azor. l. c. q. 15.) in judicando & consulendo tenendam ait ex ea ratione, quod filiis natu minoribus jam jus illud prælationis absolute quaesitum, antequam filius ille illegitimus legitimeretur, quod jus iis auferri nequit per subsequens illud matrimonium, quæ ratio cum solum locum habeat respectu filiorum natu minorum genitorum ex matrimonio aliquo præcedente matrimonium illud cum concubina, non verò respectu natorum ex hoc ipso matrimonio cum concubina, quippe qui non prius sunt legitimi quam illegitimi per illud legitimatus, huic præ illis, utpote natu majori, cui jam non amplius illegimitas, aut legitimitas posterius obtenta, competit jus prælationis in dictis successoribus. De cætero extenditur assertio, quod vi talis legitimisationis legitimi admitti debeant ad successionem in hereditate, feudo, majoratu &c. ita ut procedat, etiam si hereditas &c. expresse delata filiis natis ex legitimo matrimonio; eò quod, cum matrimonium illud subsequens fictione juris retrahatur ad tempus conceptionis filiorum, hi adhuc dici possunt natu ex legitimo matrimonio; ita Covar. l. c. n. 30. Pont. l. c. n. 10. Mol. d. 172. n. 8. Mol. de primog. l. c. n. 10. Castrop. cit. n. 15. Arg. c. cum in causis. de elect. & c. innovat. eod. junctâ Gl. communiter receptâ; in quorum primo dicitur, debere Episcopum eligi natum ex legitimo matrimonio, in altero admittitur legitimatus per sequens matrimonium. Item vi talis legitimisationis excludunt substitutum in majoratu (idem est de fideicommissio similibusque) patri sub ea conditione, si is sine liberis legitimis decedat; quia superstitè taliter legitimatus, non decedit sine filiis legitimis. Castrop. cit. n. 15. & alii. In eo verò, num id quoque procedat, excludaturque substitutus in eo casu, quo matrimonium contrahitur cum concubina in odium substituti, non conveniunt AA. negant Mol. de primog. l. 2. c. 5. n. 27. Gomez. & alii citati à Castrop. n. 19. ex ea ratione, quod justum non sit, ut taliter contrahens ex iniquitate & malitia sua commodum referat, & substituto inferat damnum. Affirmat è contra Castrop. n. 20. cum citatis à se; Mol. cit. d. 172. vers. contrariam. Sarmient. l. 1. selectar. c. 6. Menchaca. l. 2. controuv. c. 41. n. 5. Pont. l. c. c. 11. n. 11. ex ea ratione, quod sic contrahens peccet ob motivum & finem, quem sibi statuit, non verò contrahendo matrimonium; legitimatio autem proles proveniat ex matrimonio, & non ex fine, quo contrahitur. Sed & exclusio substituti proveniat ex matrimonio contracto ab utente jure suo, & non ex malitia contrahentis, adeoque is dici nequeat ex malitia sua referre com-

modum, aut substituto innocenti inferre damnum. Idem est de revocatione donationis factæ à parentibus etiam omnium bonorum; nimirum, quod sicut illa revocatur natiuitate filiorum legitimorum, ita etiam revocetur legitimisatione filiorum illegitimorum. Castrop. n. 1.

4. Resp. tertio: Ut tamen vim hanc legitimandi habeat matrimonium, requiruntur sequentia. Primo ut sit verum & validum sine impedimento dirimente contractum; sufficere tamen matrimonium præsumptum, si ab Ecclesia validum reputetur & approbetur; eò quod cum solemnitatibus ab ea præscriptis & bona fide contrahentium contractum fuerit, contra Abb. in c. tanta. b. t. num. 9. Sarmient. l. 1. selectar. interp. c. 6. num. 2. nixos hac ratione, quod verba legis, quibus vis illa tribuitur matrimonio simpliciter accipienda in sensu proprio, adeoque non extendenda ad matrimonium non reipsa, sed quod præsumptivè tantum tale est, probabilius & communius docent Mol. de primog. l. 3. c. 1. num. 11. Suar. de irregul. d. 50. f. 1. num. 11. Pont. l. c. §. 2. n. 13. Garc. de benef. p. 7. c. 2. num. 30. Castrop. l. c. §. 2. num. 3. arg. c. tanta. c. quod nobis. c. ex tenore. b. t. eò quod si, ut ibi dicitur, tale matrimonium contractum cum impedimento dirimente bona fide præmissis & servatis præscriptis solemnitatibus, adeoque præsumptum tantum habeat vim legitimandi prolem eo stante susceptam, habeat quoque vim legitimandi illam generatam ante illud; cum, ut dictum, in ordine ad legitimisationem proles matrimonium retrahatur fictione juris ad tempus, quo filii generantur; ita Castrop. Requiritur secundo ad legitimisationem per matrimonium subsequens, ut illegitimus progenitus non sit à parentibus, vel saltem eorum uno obstructis impedimento, adeoque inhabilibus ad validè contrahendum, pro ut deciditur in c. tanta. cujus etiam rationem hanc reddit Castrop. l. c. §. 3. num. 1. quod matrimonium subsequens eatenus prolem legitimam reddat, quatenus jus fingit in hoc casu subsequens matrimonii illud contractum esse tempore, quo proles suscepta; id verò fingere nequit, si eo tempore parentes impediti impedimento dirimente; quia pro eo tempore stante eo impedimento impossibile erat eos contrahere matrimonium validum; idemque adhuc procedere, et si parentes caruerint eo tempore illo impedimento, adeoque validè contrahere potuerint tempore natiuitatis filii, censent Butr. in c. tanta. num. 17. Abb. ibidem. (ubi dicit, id etiam verum esse, licet impedimentum non sit perpetuum, sed in potestate habentium copulam, perque eos tollibile) Filiuc. tr. 9. num. 131. Menoch. conf. 60. num. 12. Passerin. de elect. c. 25. num. 134. Garc. de benef. p. 7. c. 2. num. 36. quos secutus sum in foro benef. p. 1. q. 260. num. 2. contrarium, nempe conceptum ab inhabilibus, natum verò ex jam habilibus, reddi legitimum per sequens matrimonium, æquè probabiliter & fortè probabilius tenentibus, Covar. l. c. §. 2. num. 2. Fachin. l. 3. controuv. c. 50. Sanch. de mat. l. 8. d. 7. num. 19. Sayr. l. c. num. 19. Azor. l. c. q. 8. Mol. l. c. num. 2. Gut. de mat. c. 72. à num. 6. & alii, quos citat & sequitur Castrop. cit. §. 3. num. 5. arg. desumpto ex c. tanta. dum ibi non solum spectatur conceptio, sed etiam natiuitas ex parentibus impeditis, ut filius subsequente matrimonio legitimari nequeat, sed spurius remaneat. Item arg. sumpto

ex *L. 1. ff. de stat. hom.* ubi dicitur: ingenuifunt, qui ex matre libera nati sunt, licet ancilla conceperit. Idem nimirum, quod legitimatur quoque sequente matrimonio, qui conceptus & natus parentibus utroque illo tempore inhabilibus, modò hi medio aliquo tempore, quo filius fuit in ventre, fuerint habiles, tenent Barbof. ad *c. tanta. h. t. num. 31.* Pont. *L. 11. c. 3. num. 9.* Castrop. *num. 7.* habentes pro se jus civile. *L. nuper. de nat. liber. & Auth. quib. mod. nat. eff. sui.* quos secutus fui in *foro benef. l. c.* Pari modo non legitimari per sequens matrimonium conceptos & natos ab inhabilibus, seu obstrictis impedimento dirimente, etsi justè hoc impedimentum ignoraverint, tradunt Covar. *c. 6. §. 2. à num. 17.* Mol. *cit. d. 172. in med.* Mol. *de primog. L. 3. c. 1. num. 11.* Garc. *l. c. num. 33.* Sarmient. *L. 1. sect. c. 6.* Fachin. *l. c. c. 55.* Gutt. *99. pract. L. 1. q. 105. num. 9.* Arg. *c. tanta.* ubi nulla facta distinctione inter bonam & malam fidem, dicitur non legitimari filium conceptum ex aliena vivente propria uxore. Contrariam tamen sententiam matrimonio & proli favorabiliorem sectantur cum Gl. in *c. tanta. v. aham.* Surd. *L. 2. conf. 303.* Gratian. *discep. for. c. 83. n. 22.* Pont. *l. c. c. 2. num. 8.* Castrop. *num. 9.* aliique apud Fachin. & Covar. *LL. cit.* ex ea ratione, quod positâ ignorantia invincibili, impedimenti, copula, ex qua conceptus filius, solum habeat speciem intemperantia, seu simplicis fornicationis, & non, v. g. incestus, adulterii, sacrilegii, adeoque ratione illius filius non sit spurius, & consequenter legitimari possit per sequens matrimonium. Neque obstat in *cit. c. tanta.* non fieri mentionem malæ fidei; quia id opus non erat; cum mala fides in tali copula præsumatur, nisi contrarium probetur; ita Castrop. Atque ex his jam à contrario deducitur, legitimari per sequens matrimonium posse à parentibus conceptos, inter quos eo tempore fuerunt impedimenta impedientia tantum. Barb. in *c. tanta. num. 31.* Less. *de just. L. 2. 19.* Item à patre constituto in minoribus & habente beneficium; quippe per hoc ne quidem obstricto impedimento egente dispensatione; cum in ejus potestate sit privare se beneficio & privilegio illis ordinibus annexo. Fachin. *l. c. c. 52.* Covar. *l. c. num. 5.* Barb. *l. c. num. 33.* Pont. *c. 2. num. 5.* Castrop. *§. 3. num. 2.* Idem est de procreatis ex patre novitio, & matre novitia. Item de susceptis à parentibus obstrictis voto simplici castitatis; uti & ab iis, qui sponsalia cum alia contraxerant, utpote non impeditis per hoc ad validè contrahendum. Pont. *num. 6.* Castrop. *l. c.* Neque dicta legitimitio impeditur per hoc, quod matrimonium illud sequens sit clandestinum, modò postea sit ab Ecclesia approbatum, aut denuo in facie Ecclesiæ contractum in locis, ubi Trident. receptum, ubi aliàs erat invalidum; de quo vide me in *foro benef. p. 1. q. 60. num. 5.* ubi quoque *num. 3.* qualiter adhuc legitimari possint per sequens matrimonium suscepti ex copula fornicaria habita cum impedimento dirimente, nimirum Papa dispensante in jam contracto, seu illud ante jam contractum ratihabendo.

Quæst. 265. Legitimitio an & qualiter fieri possit & debeat per rescriptum Principis.

1. Resp. Ad primum: Legitimationem hanc (quæ est actus gratiosus, quo ex indulgentia Principis illegitimi redduntur legitimi) fieri posse à Principe, certum est apud omnes. Sicut enim legibus à Principe latis certæ quædam personæ reddi possunt illegitimæ seu inhabiles ad successiones officia, munera & dignitates, sic quoque eadem ejus beneficio reddi ad ea habiles, seu consequi legitimè natorum jura, ut constat ex utroque jure, *c. per venerabilem. h. t. Novel. 89. c. 9.*

2. Resp. Ad secundum: ut legitimitio hæc sit valida, requiritur primò, ut legitimandi parentibus impossibile saltem moraliter sit matrimonium, quia v. g. unus eorum jam deceffit, vel longè absens est, aut se ad contrahendum illud fecit inhabilem. Princeps enim legitimationem suam subrogat legitimationi obtinenda per matrimonium, adeoque credit, hoc esse impossibile; ita Covar. *p. 2. de sponsal. c. 8. §. num. 5.* Mol. *de primog. L. 3. c. 3. num. 39.* Mol. *l. c. d. 173. versu si is.* & alii, quos citat & sequitur Castrop. *tr. 13. d. 4. p. 7. num. 1.*

3. Requiritur secundò causa legitimandi (intellige specialis præter generalem, quæ consistere videtur in dicta matrimonii impossibilitate) eò quod Princeps legitimationem concedendo jura legesque à se statutas relaxet, aliisque præjudicet, quod sine causa non potest saltem licitè; ita cum Mol. *de primog. cit. c. 3. per tot.* referente plures alios Castrop. *l. c. num. 17.* An verò valida sit talis legitimitio sine causa, pendet ab ea quæstione; num Princeps validè sine causa dispensare possit in propriis legibus; quod tanquam probabilius se tenuisse, in *tr. de LL. d. ult.* ait Castrop.

4. Requiritur tertio spectata juris dispositione ad legitimationem maximè faciendam à Principe sæculari consensus non solum parentum, sed & legitimandi, prout expresse traditur *Auth. quib. modis natur. eff. sui.* ubi hæc assignatur ratio: quod per legitimationem legitimatus transeat ad patriam potestatem, ac proinde ususfructus bonorum illius, & administratio pertineat ad patrem, adeoque inconveniens sit, ut legitimitio renouente patre aut filio concedatur à Principe; ita Castrop. *l. c. §. 6. num. 13.* dicens esse communem DD. id ipsum tamen sic limitans, ut consensus ille patris non requiratur, dum limitatio esset diminuta respiciens personam legitimandam tantum ad honores & officia Reipublicæ, & non ad succedendum patri in bonis, eò quod patris tunc non interfit, sufficere quoque consensum legitimandi præsumptum etiam non ex actu aliquo, ut Mol. *l. c. vers. ut legitimitio,* sed ex sola scientia legitimationis & silentio, seu non contradictione, ut Castrop. ex ea ratione, quod scientia legitimationis, & cessatio contradictionis sit virtualis approbatio legitimationis, Arg. *L. 2. §. ult. ff. soluto matrim.* Et hæc de hac necessitate consensus ex juris dispositione, ut dictum; cum Princeps utendo plenitudine suæ potestatis possit quemlibet invitum legitimare; quia cum conditiones legitimationi jure humano sint statuta, potest Princeps eas statuens remittere. Castrop. *cit. n. 13. in fine.* citatis Tiraq. *de nobilit. c. 6. n. 2.* Ant. Gabr. *tit. de legit. concl. in fine.* unde jam nisi Princeps ex plenitudine potestatis concedat infanti legitimitio-

mationem, hæc ei concessa nullum habebit effectum, antequam infans liberè consentiat; uti & collata absentis, priusquam is eam ratam habeat.

5. Quartò requiritur, ut in impetratione legitimationis à legitimando fiat mentio eorum, quibus per legitimationem creari potest præjudicium, ac ita aliorum legitimorum, si quos forte habet pater; quia spectatà ordinaria potestate, Princeps non censetur velle concedere legitimationem in præjudicium legitimorum; ita AA. passim teste Castrop. n. 20. juxta *Aub. quib. mod. natur. eff. sui. §. si quis ergo.* Neque ab hac legitimorum mentione facienda legitimandum excusat parentum consensus; cum hic non impediatur legitimorum præjudicium; ut Covar. *cit. c. 8. §. 9. n. 7.* Azor. *cit. c. 14. q. 11.* Castrop. *l. c.* Excusare tamen ab ea consensum ipsorum legitimorum; quia tunc cessaret eorum præjudicium, censet Pont. *l. c. c. 7. n. 3.* quod tamen non carere difficultate, asserit Castrop. eò quòd hæc mentio expostuletur, non tantùm ne legitimis fiat præjudicium, sed etiam, ut intelligat Princeps, non esse necessarium, naturales subrogare legitimis. Censet quoque cum Mol. *cit. d. 173. vers. si legitimatio.* in regnis Hispaniæ necessariò faciendam mentionem avi, ubi defunt filii legitimi; quippe illi, cum succedat patri carenti filiis, fit præjudicium per legitimationem; non tamen in illo defectu legitimorum faciendam esse mentionem cognatorum & consanguineorum succedentium ab intestato; cum eis non fiat præjudicium, dum non succedat patri, nisi pater aliter non disposuerit de bonis suis, uti potest, docet cum Covar. *l. c.* & Tiraq. in *L. si unquam. c. de revocat. donat. v. suscepit. n. 5.* Castrop. *n. 5.* Verùm patre mortuo sine alia dispositione, legitimandum necesse habet facere mentionem hæredum venientium ab intestato, quales sunt cognati & consanguinei, quia Princeps censendus est, non velle iis in jure quæsito præjudicare, nisi fortè patri in morte expostulanti legitimationem filii annuerit. Mol. *d. 174.* Azor. *cit. c. 14. q. 10.* Pont. *cit. c. 7. n. 4.* Facienda quoque est mentio substituti in hæreditate patris, casu quo is sine liberis legitimis decesserit; cum & ipse jus habeat in hoc eventu succedendi. Castrop. *n. 4.* Covar. *cit. c. 8. §. 9. n. 8.* citatis aliis. Verùm non solum exprimiendi in impetratione legitimitatis, sed & citandi omnes & soli illi, qui jus ad hæreditatem habent, non impediibile & libera voluntate patris. Castrop. *n. 12.* remittens ad Mol. *de primog. l. 3. c. 3. n. 10.* & Covar. *l. c. §. 9. n. 8.* eò quòd licet filii legitimi, cognati, substitutus contradicuntur præsumantur, eorum tamen contradiclio deserviat ad examinandum, an adsit causa legitima concedendi legitimationem, ideòque citandi. Si verò iis non citatis, expressis tamen Principi, is absolutè concedat legitimationem, hæc valebit; quia potestatem habet illis præjudicandi in jure, quod habent ad succedendum, utpote quod habent ex dispositione legis ab eo lata; ita Castrop. cum Mol. *tr. 2. de just. d. 174. concl. 2. §. 3.*

6. Quintò requiritur ad valorem legitimationis, ut in supplica legitimationis exprimat qualitas illegitimationis non solum in genere, sed & in specie; cum pro diversa ejus qualitate reddatur facilius vel difficilius illius concessio, & ut Princeps sciat, quam gratiam præstet. Sic exprimendum, an sit naturalis, an spurius; si spurius, an natus ex incestu, & quo, an commissio cum matre, sorore, nuru, uxore fratris. An ex sacrilego concubitu

habito cum Sacerdote, religioso vel utroque simul. Abb. in *c. venerabilem. de elect. n. 27.* Mol. *d. 173. n. 28.* Fachin. *l. c. c. 61.* Pont. *l. c. n. 6.* Covar. *l. c. n. 3.* Castrop. *n. 14.* Item an ab Episcopo, ita ut in hoc casu non sufficiat narratum: à Sacerdote; cum dignitas Episcopalis notabiliter aggravet sacrilegium, uti & natum esse ex Sacerdote, qui simul erat Religiosus; ut Mol. *d. 173. vers. qualitates.* Castrop. *l. c.* Item an ex adulterio, & quidem juxta communioem, quam tenent Mol. *l. c. vers. hinc colligitur.* Pont. *l. c. n. 9. juncto. n. 8.* Covar. Castrop. *LL. cit.* exprimendum, num ex adulterio utrimque tali. De cætero hæc limitanda, ita ut opus non sit ea omnia specificè & distinctim exprimere, ubi Princeps generalem concessionem faceret, dicendo: *ex quocunque coitu natus sit, legitimum te reddo.* Covar. *l. c. n. 4.* Castrop. *n. 15.* Mol. *l. c.*

Quæst. 266. Qualiter hæc legitimitatio differat ab ea, quæ fit per subsequens matrimonium.

R Esp. Differt ab ea primò, quòd hæc non nisi naturales, illà verò Principis etiam spurii legitimentur, ut cum communi Azor. *cit. c. 4. §. 14.* Castrop. *l. c. §. 4. n. 2.* quamvis etiam à Principe legitimari consueverint Arg. *novel. 74. c. 1. & novel. 89. c. 9.* Secundò, quòd ea facta per matrimonium sit universalis extendens se ad omnes inhabilitates, etiam jure civili inductas tollendas; hæc, si fiat à Principe sæculari, non extendat se ad inductas jure Pontificio, sed solum ad inductas jure civili, puta ad successiones hæreditarias, majoratus feuda, honores & munera publica sæcularia. Si facta à Principe ecclesiastico ad solas dignitates, officia & munia ecclesiastica, beneficia, ordines sacros. Covar. *l. c. §. 8. n. 15.* Castrop. *l. c.* cum communi; uti hæc distinctius patebunt ex sequentibus.

Quæst. 267. A quibus & ad quæ hæc legitimitatio fieri possit.

I. R Esp. Primò in genere, potestas hæc propriè legitimandi competit Principibus tam ecclesiasticis quàm sæcularibus non nisi supremis, hoc est, jurisdictionem supremam exercentibus, & nulli alteri subiectis; hi enim soli jus abrogare, & legibus derogare possunt, efficiendo, ut qui SS. Canonibus aut legibus civilibus ad certos effectus redditus inhabiles ad eosdem reddantur habiles; ita cum communi Bald. in *L. 1. c. de jure annulor. aur. in pr.* dicens esse de reservatis Principibus. Abb. in *c. per venerabilem. h. t. n. 23.* Mol. *cit. d. 173. v. legitimare.* Azor. *cit. c. 14. num. 5.* Pont. *l. c. c. §. n. 1.* Castrop. *l. c. §. 5. n. 1.* Tales itaque sunt in ecclesiasticis solus Papa, in sæcularibus Imperator, Reges alique Principes dicta jurisdictione suprema & independente gaudentes, qui ut Castrop. leges condere & abrogare possunt; adeòque hæc potestatem propriè legitimandi jure proprio & ordinario in suis dominiis propriis exercent. Unde dum inferiores, puta Legati Apostolici in spiritualibus, Comites Palatini in sæcularibus legitimant, non nisi ex privilegio & potestate commissoria sibi à supremis Principibus (quippe qui, cum ea potestas sit jurisdictionis, eisque competat jure ordinario, eam alteri delegare possunt) concessa legitimant. Circa quod notandum, quòd, cum ea potestas non plenè, sed limitatè con-

ferri

ferri soleat, & sæpe ad dispensandum, non ad legitimandum concessa, & à potestate dispensandi ad potestatem legitimandi, utpote quæ est potior, & in qua ea continetur, & non è contra inferre non liceat, ut cum communi. Covar. c. 8. §. 8. num. 6. Mol. l. c. vers. observandum. Castrop. l. c. num. 2. diligenter attendi debeat ad tenorem & terminos rescripti Apostolici & Imperialis, cum acta ab iis contra illos nullius sunt momenti, juxta c. de rescripti. & L. diligenter. ff. mandati. & juxta quod monent AA. Atque ita dum Episcopi, uti & Capitulum sede vacante illegitimos habiles reddere possunt ad ordines & beneficia simplicia, id possunt, non in vi potestatis legitimandi, sed dispensandi, diciturque habitatio hæc ab iis facta non legitimitio, sed dispensatio, quippe quæ est ad certos solum aliquos, & non ad omnes juris effectus relaxatio juris; ita Mol. l. c. n. 7. Castrop. n. 1. (idem dicens de aliquibus Magistratibus sæcularibus, quò ad civilia) Wiestn. h. t. n. 56. Reiffent. num. 47.

2. Resp. Secundò in particulari: Primò potest Papa quò ad spiritualia omnia omnes Christi fideles ubique existentes, utpote quò ad hæc sibi subiectos legitimare, ut habet communis & certa. Potest quoque quò ad temporalia, puta quò ad successiones in hereditatibus, majoratu, honores, dignitates, aliisque jura legitimare in suo territorio sæculari existentes, suæque jurisdictioni temporali immediatè subiectos, non secus, ac Imperator, Reges & Principes existentes in Imperio, Regnis & Provinciis suis; utpote non secus ac ille in suo territorio nullum superiorem recognoscens, ut quoque habet communis juxta expressum textum c. per venerabilem. h. t. Regulariter tamen nequit quò ad ea legitimare sibi non subiectos; quia regulariter nequit per se ac directè aliorum Principum leges tollere, earumque efficaciam in sibi non subiectis minuere; poterit tamen & id ipsum hic & nunc ex causâ aliqua gravi, pertinente ad bonum spirituale regni alicujus, v. g. religionis in eo pervertendæ, alteriusve boni amittendi periculo sic exigente; eò quòd legitimando prolem ad succedendum in regno utatur jurisdictione sua, quam habet ad gubernandam Ecclesiam, utpote cui jurisdictioni quandoque per accidens & indirectè nimirum ad conservandam religionem, promotionem aliorum bonorum spiritualium id necessarium, subjiuntur temporalia; ita docent Abb. in c. per venerabilem. n. 1. & 15. Covar. l. c. §. 8. n. 16. & 18. Mol. de primog. L. 3. c. 2. n. 11. Mol. L. 2. c. de just. d. 173. in pr. Pont. l. c. c. 5. n. 6. Sanch. de mat. L. 8. d. 7. n. 1. pro ut eos citat, & sequitur Castrop. cit. §. 5. n. 4. Item Bellar. L. 5. de sum. Pontif. a c. 6. Suar. L. 5. defens. fidej. c. 16. n. 3. Barbof. de offic. Episc. p. 1. tit. 3. c. 2. à n. 101. Gonz. & alii citati à Wiestn. h. t. n. 65. ubi etiam ex Roder. Sancio. hist. Hispan. g. 4. c. 17. id probat praxi Ecclesiæ, & factò, quo Sancii Regis filii naturales à Papa legitimati, vi cujus legitimationis Ferdinandus patri in regno successit. Possè quoque Pontificem tam ad spiritualia, quam temporalia & effectus politicos legitimare quemlibet indirectè, seu in radice matrimonii, ut loquuntur AA. dispensando nimirum in matrimonio, ex quo invalidè contractò ob impedimentum dirimens nati, ita ut illo sublato per dispensationem pro legitimis habeantur, etiam pro tempore, quo invalidè contractum, tradunt Abb. in c. per venerabilem. n. 21. Alex. ibid. n. 18. Sylv. v. Papa, g. 18. Covar. n.

13. Sayr. thesaur. cas. L. 6. de irregular. c. 10. n. 27. Sanch. l. c. n. 4. Garc. de benef. p. 7. c. 2. n. 41. Mol. de primog. L. 3. c. 1. n. 12. Gutt. de mat. c. 84. à n. 20. Castrop. l. c. n. 8. Wiestn. h. t. n. 66. referens Farinac. qui id confirmet Auth. Rotæ. p. 2. decis. 687. n. 8. contra Cön. d. 33. du. 8. n. 4. Perez. de mat. d. 44. f. 5. n. 9. Mol. de 7. & 7. ir. 2. d. 624. n. 3. citant autem pro se Nav. conf. 2. h. t. ubi is testetur Gregor. XIII. An. 1584. negasse talem dispensationem à se petitam, cum addito, se sic dispensare non posse: nixos hac ratione, quòd Pontifex facere nequeat, ut matrimonium, ex quo genitus illegitimus non fuerit invalidum, & consequenter ex eo natus non fuerit illegitimus, quæ tamen ratio eliditur, & contraria sententia probetur per hoc, quòd licet Pontifex facere nequeat, ut matrimonium illud non fuerit invalidum, possit tamen effectus ex eo vi præcisè legis ecclesiasticæ provenientes abrogando talem legem, ex qua tale matrimonium fuit irritum, vel in ea respectu futurorum personarum dispensando non tantum certaros, sed & præteritos tollere, ac si nunquam lata fuisset, ut patet ex Clem. unic. de immunit. eccles. ubi Clemens V. constitutionem Bonifacii VIII. contentam in c. Clerici h. t. in 6. etiam quò ad effectus prius vi illius productos revocat his verbis: *quidquid ex eis subsæcunum est, vel ob eas penitus revocamus, & eas habere volumus pro infectis.* De responso Gregor. XIII. in contrarium dato negant hi AA. quòd satis de eo constet, & si de eo constaret, intelligendum de impotentia Papæ proveniente, non tam ex defectu jurisdictionis, quam ex defectu justæ causæ. Sanch. n. 9. Wiestn. n. 70. Atque ita ad hanc inhabilitatem tollendam non requiritur, ut parentes illegitimi adhuc vivant, & denuo contrahant matrimonium; cum legitimitio hæc non fiat per matrimonium contrahendum, sed per dispensationem in radice matrimonii contracti, & remotione illegitimitatis inde provenientes, ut Sanch. l. c. n. 6. pluribus citatis. Mol. de primog. Castrop. LL. cit. Unde ad hanc legitimationem requiruntur duo, nimirum primò, ut præcesserit inter parentes matrimonium irritum, utpote quo cessante deficit fundamentum dispensationis & radix, ex qua legitimitio ortum habere debet, ut Abb. l. c. n. 21. Sylv. v. legitimus. g. 8. d. 5. Sanch. L. 8. d. 3. n. 3. & 7. Castrop. §. 5. n. 6. Wiestn. h. t. n. 67. Secundò, ut impedimentum, ob quòd matrimonium irritum erat, non sit indispensabile à Pontifice, quale esset, si v. g. defuit consensus verus, vel contractum priore uxore adhuc vivente, aut in primo gradu lineæ rectæ; quia aliàs non potest Pontifex nullitatem matrimonii tollere, & consequenter nec matrimonium radicem legitimationis dispensatione sua honestare, ut cum Sanch. l. c. n. 8. & 10. Pont. cit. c. 5. n. 8. Castrop. l. c. Wiestn. n. 68. id tamen ita limitante Sanch. ut procedat, si impedimentum sit certò indispensabile; cum in dubio Papa non sit spoliandus possessione potestatis ad dispensandum. De cæterò valet hujusmodi legitimitio, etsi cedat in præjudicium tertii, utpote quòd præjudicare non potest Pontifici, modò adit justa causâ, ne peccet; censendus tamen non est, concedere in hoc casu legitimationem, nisi juxta regulam de non tollendo jure quæsito alteri clarè exprimat, concedi illam stante præjudicio tertii. Sanch. n. 5. & 6. Castrop. n. 10.

3. Resp. Tertio: Principes supremi sæculares quamvis potestate sua ordinaria, & nisi aliud

aliud exprimat, solos illegitimos naturales, non verò natos ex damnato concubitu seu spurios legitimize solent, possunt tamen & hos legitimize, si velint, utendo potestate sua absoluta, Reiffenst. *h. t. n. 56.* Wiestn. *num. 61.* cum communi; unde Imperator nonnullis Comitibus Palatinis eandem potestatem concedit, ut patet ex formula concessionis, quam adjicit Reiffenst. *n. 55.* vi tamen hujus facultatis concessæ eis plenè, etiam ad legitimandos spurios, adhuc non posse illos legitimize, ne quidem naturales illegitimos nobilium, nisi in rescripto Cæsareo exprimat, & si exprimat, non extendere se hoc rescriptum ad legitimandas proles naturales extendere se hoc rescriptum ad legitimandas proles naturales illegitimas, Baronum, Comitum &c. asserit Reiffenst. *n. 57.* citans Nolden de *stat. nobil. c. 16. th. 15.* Et hæc de principibus supremis de jure, nam de consuetudine competere posse potestatem legitimandi Principibus recognoscens superiorem, *n. 53.* & in specie de Electoribus & Statibus Imperii, utpote pro superiore recognoscens Imperatorem dicit ex Strick, de *usu modern. pandect. ad tit. qui sui vel alien. jur. §. 14.*

4. Resp. quartò: Possunt hi Principes legitimize quò ad omnia jura temporalia, honores, dignitates, officia quæcunque, nisi ex consuetudine aut singulari statuto requiratur ad ea, ut natus quis sit legitimus, qualiter legitimos esse non posse Assessores in Camera Imperiali, Consiliarios Principum, nec titulum doctoratus consequi, ex Mynsing, *l. 4. obs. 31.* asserit Reiffenst. *h. t. n. 59.* ubi etiam ad suum ordinem recipi non posse taliter legitimos juxta statuta generalia illius. Item quò ad successiones hæreditarias & quò ad omnia bona non tantum parentum, sed & consanguineorum, tam ab intestato quàm ex testamento obvenientia, non secus ac alii legitimi; ita etiam, ut eorum more agere possint querelâ inofficiosa, ut Covar. *cit. §. 8.* Mol. *cit. d. 173. n. 24.* Wiestn. *n. 60.* juxta §. *sin autem. Inst. de hered. quæ ab intest. & Arg. Novel. 89. c. 3. 8. 9.* & licet utendo ordinaria potestate & simplici legitimatione non legitime ad succedendum in feudo juxta *tit. 26. §. naturales lib. 2. feud. neque in majoratu*, ut Mol. *l. c. n. 10.* Castrop. *cit. §. 5. n. 18.* & quos citat Mol. de *primog. l. 3. c. 3. n. 9.* Covar. *3. var. c. 6. n. 7.* Jul. Clar. *l. 3. sentent. §. feudum, q. 83.* possunt tamen de potestate absoluta etiam ad illas successiones legitimize, etiam cum incommodo & præjudicio alieno, juxta *l. Prætor. ait. §. ff. ne quid in loc. publ. nisi legitimus ab illis successionebus ex voluntate constituentis feudum, majoratum, fidei commissum specialiter excludatur.* Mol. *d. 174. in fin.* Covar. Castrop. *LL. cit.* aut etiam de consuetudine quarundam provinciarum, ut Sixtus V. in Bulla sua, *postquam verus*, apud Reiffenst. *n. 45.* De cætero nulla ratione iis competere potest legitimitio illa, quæ fit in radice matrimonii; quia, ut constat ex *c. 1. de sponsal. c. tuam de ord. cognit. denegata illis ab Ecclesia potestas tam tollendi quàm constituendi impedimenta dirimentia, ita cum Sanch. de mat. l. 8. d. 7. n. 11.* Castrop. sed neque legitimize ullo modo possunt ad beneficia, ordines, dignitates, officia ullaque alia jura spiritalia, aut effectus ecclesiasticos, cum nullam habeant in spiritalibus potestatem. Abb. *in c. per venerabilem. h. t.* Covar. *de mat. p. 2. c. 8. §. 8. n. 14.* Castrop. *l. c.* cum communi, quòd tamen attinet jus patronatus, esto sit spiritalis; quia tamen rebus temporalibus annexi solet, possunt Principes sæculares illegitimos sibi subditos ad

R. P. *Leur. Jur. Can. Tomus IV.*

illud obtinendum habiles reddere indirectè, habitando illos ad succedendum in hæreditate, cui illud annexum. Covar. *de sponsal. l. c. n. 18.* Mol. *d. 173. vers. item Azor. p. 2. l. 2. c. 14. q. 7.* quos refert & sequitur Castrop. *l. c. n. 19.*

Quæst. 268. *Quinam à Principibus sæcularibus legitimize possint.*

1. Resp. Præter ea, quæ de hoc dicta quæst. præced. loquendo hic de iis, de quibus magis dubitari poterat, num iis, concedi posset legitimitio. Primò, dum legitimize potest subditos suos, id sic extendendum, etiam si non solum ii, sed & bona, ad quæ legitimize sunt, existant extra territorium legitimize, secus, ut juxta probabiliorum, quam tenent Abb. *in c. per venerabilem. n. 23.* Covar. *l. c. n. 14.* Pont. *l. c. c. 6. n. 1.* Castrop. *l. c. §. 6. n. 3.* dum dicta bona sunt quidem sita in territorio legitimize, legitimize tamen non est subditus illius; siquidem hæc legitimitio est actus jurisdictionis, quæ exerceri non potest erga non-subditum; non obstante (quod est fundamentum oppositæ sententiæ) quòd hæc jurisdictionis sit voluntaria, quæ aliàs ubique & à quocunque Judice exerceri potest, juxta *l. 2. ff. de off. proconsul. eò quòd jurisdictionis voluntaria ea solum possit à quocunque Judice exerceri, quæ de consensu subditi prorogari potest, non verò ea, quæ à subditis non dependet, qualem dicit potestas legitimize. Neque ex eo de illa infertur contrarium, quòd per legitimationem hic & nunc consentientibus in eam parentibus aliisque interesse habentibus, nullum inferatur præjudicium; cum per talem consensum non acquiratur jurisdictionis in non-subditum, juxta *l. privatorum. c. de jurisd. omn. Jud. uti nec ea communicatur Principi ratione rei sitæ in ejus territorio; cum personam spectet, & non res, circa quas exercetur.**

2. Secundò juxta probabiliorum, quam contra Jason. *in l. qui jurisd. præst. ff. de jurisd. & Pont. l. c. n. 5.* sectantur, Abb. *l. c. n. 13.* Bald. *in l. si consul. ff. de adopt. Covar. l. c. n. 20.* Mol. *d. 173. vers. princeps.* Castrop. *cit. §. 6. n. 6.* Princeps suum filium legitimize potest; eò quòd legitimitio licet sit sæpe jurisdictionis mixtæ, nempe voluntariæ & contentiosæ, quatenus sæpe fit invito & parte contradicente, & jurisdictionis contentiosa à patre exerceri non possit in filium (quod est fundamentum contrariæ sententiæ) est tamen per se voluntariæ, & non nisi per accidens jurisdictionis contentiosæ; quin & jurisdictionis contentiosa à parte exerceri potest in filium, dum hic consentit, esto, alii contradicant; nequit tamen vi talis legitimationis filius succedere in regno (idem est de Principatu) si à Republica statutum, ut solum legitimi succedant; cum tales legitimize rescripto Principis non veniant nomine legitimorum, ut Mol. *l. c. & Mol. de primog. l. 3. c. 3. à n. 3.* Castrop. *n. 7.* De cætero habens à Principe potestatem legitimize. V. G. Comes Palatinus non poterit adhuc suum filium legitimize; nisi fortè id ipsum in concessione potestatis legitimize exprimat; quia talis potestas legitimize proprium filium extraordinariè conceditur Principibus. Covar. *cit. §. 8. n. 21.* Castrop. *l. c.*

3. Tertio juxta probabiliorum, quam contra Paris. *l. 2. conf. 2. n. 23.* Alex. *vol. 2. conf. 87.* & alios tenent Decius *conf. 150. n. 10.* Covar. *l. c. n. 10.* Fachin. *l. 3. contror. c. 59.* Pont. *l. c. c. 6. n. 6.* Mol. *d. 173. vers. ad quem.* & alii, quos citat & sequitur Castrop. *l. c. n. 9.* arg. *Aub. quib. mod. natural. eff. sui. §. illud.* potest Princeps sæcularis legitimize filium clerici sæcularis ad honores & successiones, eò quòd in talem jurisdictionem habeat independentem à consensu patris illius clerici, (cum consensus ille requisitus

S

non

non fit ad prorogandam vel concedendam Principi laico jurisdictionem in ipsum patrem clericum, sed ad ipsum filium ejus laicum legitimandum, vel potius ad impediendum patris præjudicium; ut Castrop. l. c.) & bona, ad quæ legitimatur, esto sint exempta à tributis, dum possidentur à clerico, non tamen sunt exempta, quò minus post mortem illius alteri à principe applicentur, jus in iis succedendi concedatur, leges quoque, quæ per hanc legitimatorem relaxantur, non sunt canonicæ, sed civiles, verantes illegitimos succedere in bonis parentum tam clericorum quàm laicorum; adeoque huic legitimatorem nihil obstat; quamvis tamen, ut Castrop. l. c. cum Mol. l. c. vers. illud possit Pontifex sua lege statuere, bona clericorum ad filios eorum Spuriis, etsi à Principe legitimatos perveniant. Idem de filio clerici legitimando, constituto in ordinibus sacris, aut in minoribus unà cum beneficio ecclesiastico, vi cujus gaudeat privilegio fori, contra Decium conf. 150. à n. 4. Azor. l. c. c. 15. q. 5. Pont. l. c. n. 9. satis probabiliter, ut ipse faretur Castrop. sentientes contrarium, tuetur cum Covar. & Mol. n. 10. eò quòd talis filius ob leges civiles inhabilitantes filios Spuriis ad succedendum patri est inhabilis, contractà hac inhabilitate tempore, quò laicus erat, & quæ per clericatum non relaxatur, legum autem civilium relaxatio spectet ad Principes sæculares; sed neque clericus exemptus sit à jurisdictione laica (quod est fundamentum adversariorum) intellige directiva plenè) cum aliàs nullis

legibus civilibus obligari posset, quod est contra communiter receptam) sed à jurisdictione coercitiva.

4. Quarto: Possè quoque ab eis legitimari natos ex parentibus impeditis ad contrahendum matrimonium, tenent Covar. cit. §. 8. n. 4. Fachin. l. c. c. 57. in pr. Mol. d. 173. in pr. Pont. cit. c. 6. in fine, Castrop. l. c. n. 15. eò quòd hæc illegitimitas inducta sit jure humano, hoc autem jure inducta abrogari & immutari possunt Principis voluntate. §. sed naturali Inst. de jure natur. gent. & civil. his non obstante, quòd Princeps non possit copulam, ex qua nati, reddere legitimam, sicut non obstat, quò minus possit naturalem legitimare, quoad copulam, ex qua natus, non possit reddere legitimam; cujus ratio est à priore, quòd quò ad legitimatorem, quæ est restitutum natalium, non requiritur restitutum ex matrimonio, sed natalium ex natura, ut sic restitutum reputetur, ac si ex vero matrimonio natus, quamvis matrimonium inter ejus parentes esse non possit; ita Castrop. l. c.

Quest. 269. Aquibus, cum quibus & ad quæ cum illegitimis dispensari possit.

R Esp. ad ea sufficienter responsum à me in Foro benef. p. 1. à q. 267. quò lectorem remitto, uti & ad sect. 2. c. 1. §. 3. de legitimitate natalium, ubi magis in particulari tractata invenies aliqua ad hunc tit. spectantia aut re-
ducibilia.

TITULUS XVIII.

Qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari.

Quest. 270. Contra matrimonium vel pro eo quinam agere possunt & testificari?

1. R Esp. primò: Matrimonium contrahendum accusare seu impugnare ad illud impediendum, denunciando impedimenta potissimum dirimentia, si quæ sint inter Sponfos, possunt ac debent omnes, qui eorum notitiam habent, & ab hac impugnatione & denunciatione non repelluntur, nisi de malitiosa accusatione suspecti sint; ita habet communis; idemque est de testificando, modò aliàs testes sint idonei; imò si impedimentum probare possunt, & alià viâ Sponfos à matrimonio contrahendo dimovere nequeunt, sub pravi peccato denunciare obligantur, etiam jure divino ac naturali ob grave peccatum proximi & Sacramenti irreverentiam avertendam, juxta dicta rit. 3. de cland. despons.

2. Resp. secundò: Dum agitur de matrimonio jam contracto, sive quò ad separationem thori, sive ad dissolutionem vinculi, non omnes promiscuè admittuntur ad illud accusandum; sic enim primò, dum agitur ad separationem thori & cohabitationis ob commissum adulterium, nimiam sævitiam &c. ad accusandum admittitur solus conjux innocens, utpote cujus solius interest, & cujus favore principaliter jus illud petendi & separandi se à conjuge nocente inductum est. Innoc. Abb. ad hanc rub. n. 15. Nav. in man. c. 22. n. 22. Sanch. de mat. l. 10. d. 13. n. 3. Pirh. h. t. n. 1. Wiestn. n. 12. Arg. c. 5. de procurat. c. 4. de adult. & stup. secus est, si non ad divortium, sed ad canonicam & legalem pœnam de adulterio, dum illud publicum est, lumen-

dam tenderet accusatio; tunc enim à quolibet, modò mas sit & 25. annis major, juxta l. palam. §. 10. ff. de ritu nupt. fieri posset, juxta §. item lex Julia Inst. de publ. judic. Harprecht. ibid. n. 38. Wiestn. l. c. dum verò agitur ad dissolutionem matrimonii ob impedimentum ditimens, illudque sit impotentia, soli conjuges accusare possunt; quia horum solum interest dissolvi matrimonium, & hi in hoc casu juxta c. requisivisti. 33. q. 1. c. consultationi & c. laudabilem. de frigid. & maleficiat. sibi cohabitare possunt soluto matrimonio ut frater & soror. ita Pirh. h. t. n. 1. Canis. n. 2. Reiffenst. n. 3. Wiestn. n. 12. Item si impedimentum sit gravis metus vel error circa personam, solis conjugibus permissum est accusare matrimonium de nullitate; quia non tantum hos solos concernit, & hi impedimentum tollere possunt consentiendo in tale matrimonium, & id ipsum facere præsumunt, si conscii talis impedimenti cohabitent, multoquæ magis, si se cognoscerent, & quidem in secundo casu ne quidem ipsi conjuges; adeoque in hoc casu frustra foret accusatio ab aliis facta, Gonz. h. t. n. 3. Pirh. n. 1. Wiestn. n. 13. Reiffenst. n. 4. si impedimentum est consanguinitatis, affinitatis, publicæ honestatis, primò omnium ad accusandum admittuntur parentes, dein fratres & sorores, alii consanguinei, & his deficientibus extranei antiquiores viciniore, utpote quibus genealogia & propinquitas conjugum magis nota est. AA. iidem juxta c. 1. & c. notificamus. 35. q. 6. c. videtur. h. t. Ac demum si impedimentum est aliud, V. G. defectus parochi, professio religiosa, præter ipsos conjuges & consanguineos admittuntur etiam extranei veraces, & non suspecta fidei, maximè, si inter